



NY. 59. 4.



Q. D. B. V

PRAEMISSA AD HOS. II SEGM. XXI
VOCABVLI פק EXPLICATIONE

XX

EXAMEN AVTVMNALE
DEO IVVANTE IN ILL. GYMNAS. CASIMIR
ACADEM. CVM ORATIONE CENSORIA

A. D. I. II. ET III. OCTOBRIS

IN SCHOLA SENATORIA

A. D. IV. ET V. E. M. MDCCLXXXI

HABENDVM

INDICVNT
DIRECTOR

ET
RELIQVI PROFESSORES

COBVRGI
FORMIS AHLIANIS,

De Ps. 103, 6: *Studet* אֲדַבֵּר *aequitati, siue iustitiae* qua innocentes absoluit, Iehouab יְהוָה וְיִשְׁמַח *et iustitiae, qua punit atque ulciscitur fontes, commodo omnium oppressorum, adhuc est annotandum, ab Hieronymo hunc locum eodem explicari modo, adscribente: "Ut oppressis impiis erigat pauperes suos."* Graecus ex interpolatione Iudaeorum, ut mihi videtur, scripsit: Πιστὴν ἐλεημοσύνας ὁ Κύριος, quae verba Latinus transtulit: *Faciens misericordias Domini, ut legit cod. S. German. Vulgatus habet: Faciens misericordias Dominus.* Ex qua re, lectionem siue interpolationem Graeci hoc in loco variam fuisse, facile apparet. Aethiops utitur vocabulo አገዳግ quod commodissime reddi posse *aequum*, annotat Iob. Ludolfus in Lex Aethiop. col. 104. At obiici potest, de beneficiis in primis sermonem esse in hoc Psalmo, haudquaquam iustitia. Sed huic oppositioni respondit iam Ezrides addens: *Beneficium in hoc inest, quod vere nouit animus, Deum studere aequitati, et aequum esse in omni ratione agendi: porro causa haec est, cur recordetur vulnerum, recordatur Deus aequitate verissima populi sui: nam ecce recordatur, quum studet iudicio aequissimo, si quis peruertat rectam agendi rationem, ac redarguit dolore, atque hic quidem est is, qui peccat aduersus creatorem suum: et sic creatis aduersus creatos sicut illis reddit ius, propterea addit iustitiam commodo omnium oppressorum.* Eques III. I. D. Michaëlis conuertit: Iehoua übet Gerechtigkeit, Und hält Gericht für alle Unterdrückten.

Psalm.

Psalm. 103, 17, vocabulum **צדקה** a Symmacho transfertur *ἀνταπόδοσις* ex mente et disciplina Iudaeorum theologica, qua **צדק** et **צדקה** non simpliciter significat beneficium, neque felicitatem, sed nihil aliud est, nisi compensatio ac remuneratio meritorum hominibus piis sanctisque a Deo debita. Symmachum Theodoretus sequitur adscribens: *Ἡ μὲν ἐν φύσει οὕτως ἐπιτηδεύει· ἡ δὲ θεία φιλανθρωπία τὸν μακρὸν αἰῶνα χαρίζεται βίβην, καὶ μέγιστον ἐγγράφον διατηρεῖ τὴν τοῖς προγόνοις ἐθειλομένην τῆς δικαιοσύνης ἀντίδοσιν.* *Natura quidem ita est fluxa: diuina autem pietas longam largitur vitam, ac posteris reseruat debitam maioribus iustitiae remunerationem.* Eques Ill. I. D. Michaëlis transfert: Und seine Wahrheit (bleibt) auf Kindeskinden.

Ps. 106, 31. *Atque imputatum est ei לַצַּדִּיקָה in innocentiam.* Chaldaeus scripsit **לְזָכוֹ** in innocentiam. Syrus habet, *atque imputata est ei זכותא innocentia*, qua scilicet Pinehasus vltro se gesserat pro iudice innocentissimo. Historia narratur Num. 25, 7. ff. Sic Syr. **זכותא** est innocentia Gen. 30, 33. Ezrides adscripsit: **טעם לצדקה וזויתה לו ולורעו אהריו ברית כהנת עולם!** *Sensus nominis לצדקה est, fuit ipsi, inprimis posteris suis foederi sacerdotii vniuersalis.* Nam posteri Pinehasi diuissime fuerunt summi sacerdotes, a Salomonis regno, ad captiuitatem Babylonicam. Pinehasus enim erat Aaronis nepos ex filio Eleasare, Num. 25, 7. 26, 60. Sadocus autem erat ex posteris Eleasaris, 1 Paral. 5, 29-34. Cui Sadoco tribuit summum sacerdotium Salomon, 1 Reg. 2, 35. Ex mente Ezridae atque Iudaeorum conuertit locum hunc Eques Ill. I. D. Michaëlis: Ihm ward dis zum Verdienst angerechnet, atque adiecit: *Nehmlich so, das er dafür mit seinen spätesten Nachkommen*

CXLVIII f. XXVIII. Psalm. 106, 31 exponitur.

men das Hohe-Priesterthum bekommen sollte. Propterea Num. 25, 12, sic transtulit: Verheisse ihm zur Belohnung dafür, daß ich ein Bündniß mit ihm machen will, atque annotavit: *Zur Belohnung*] Nach den jüdischen Puncten heist es anders: *ein Bündniß des Friedens*; **וְהָיָה** ergo, vt suspicor, pro **וְהָיָה** legi vult. Sed puto factum Pinchasi imputatum ei esse in innocentiam. Quamuis enim Pinchasis neque iudex competens esset, neque ei, iniussu iudicum, quemquam temere occidere liceret, eundem tamen innocentem a Deo esse declaratum, affirmatur a Dauide, quod iusto feruore, diuina adspiratione excitato, Zimrum et Cosbam occidisset. Vid. b. Buddei Hiltor. Eccles. Tom. I Per. II Sect. I § XXVII p. 517 ff.

Ps. III, 3: **יָצַד יְהוָה** Atque iustitia eius innocentes absolvens perstat in aeternum. Chaldaeus habet **הַיְחַדְוִתָּא** atque innocentia eius. Arabs ponit: **الْحَقُّ** et aequitas eius. Theodoretus ad verba Graeci interpretis, **καὶ δικαιοσύνη αὐτῆς μένει εἰς τὸν αἰῶνα τῶ αἰῶνος**, adicit: **οὐδὲν ἀδίκον τῶν γενομένων, ἀλλὰ πάντα τῷ δικαίῳ κοσμεῖται. Δι' αἰῶνος γὰρ ταύτης κερήμενος, περὶ πάντων τὰ σύμπαντα.** Nihil iniqui est in iis quae fiunt, sed omnia aequitate diriguntur. Qua per saeculum quoduis vsus, moderatur omnibus. Eques III. l. D. Michaelis conuertit: Seine Gerechtigkeit bestehet ewig.

Fd 6020 II

(2)

ULB Halle

3

003 772 209




FA-90C

WMA WMA







Farbkarte #13

B.I.G.

Q. D. B. V
PRAEMISSA AD HOS. II SEGM. XXI
VOCABVLI ^ἢ EXPLICATIONE
XX

EXAMEN AVTVMNALE
DEO IUVANTE IN ILL. GYMNAS. CASIMIR
ACADEM. CVM ORATIONE CENSORIA

A. D. I. II. ET III. OCTOBRIS
IN SCHOLA SENATORIA
A. D. IV. ET V. E. M. MDCCLXXXI
HABENDVM

INDICVNT
DIRECTOR
ET
RELIQVI PROFESSORES

COBVRGI
FORMIS AHLIANIS.

